

altero regia stemmata, torque, seu auro vellere circumdata, solummodo insculpantur.

Ad secundum nunc fit transitus: Ut primum divina disponente voluntate solum monarchie hispanæ occupavit, pro viribus firmare tranquillitatem Europæ, & Americæ, à qua (Reg. Sched. 26. Jun. & 8. Jul. an. 1779.) ambarum regionum felicitas pendebat incolarum, fuit præcipuus finis quem Regia Catholica Majestas D.D. Carolus III. perpendit: sanis, politicisque modis omnibus, (Vid. lit. G pag. 148. col. 2.) ut pacem inter Gallicam & Anglicanam Potentiam conciliaret, minimaque bellica scintilla in hac ditone vitaretur, utendo: nullius partis cupidus ab initio generose, ac sincero semper egit ad honoratum, necnon accomodatam cuique compositionem bellantes deducere intendit, quo fortius videretur negotium, thesauros aperuit, armamenta maritima paravit quæ possessiones cognatas ab omni contumeliatas effluendo, arbitrium pacis, & belli eandem majestatem designabant: affluere bonis, atque prosperare tantum volens populus, agriculturam fovit, commercium auxit, ac de quorundam vigesimalium abrogatione, & diminutione cogitavit: hæc agendi ratio pacifici animi argumentum fuit: incassum belligerantibus, operæ ejus cupidus justa, & adæqua proposuit: promissis, necnon dilatoriis actionibus ambitiosum animum Londinensis patrefecit Aula: Hispaniam sub umbra negotiationis fore desiderem in animo habebat: maritimas Borbonicas vires disjungas conservare volebat, usurpatione quorundam Dominiorum Americæ jacturas passas: suis in Constitutionibus reparare sperabat: hostes novos ex incultis nationibus Florida suscitavit, incitabat enim gentes contra Luisianos innocentes subditos ad conjurationem; Britanni præterea hispanum navalem insultantur: naves spoliarunt: capturas multas injuste fecerunt sicut & per multas contumelias quas vanis redemerunt promissis: ideo ex Aula Britannica Rex Catholicus Legatum revocavit, suis subditis cum populis Anglicanis commercium interdicendo: via etiam hostimentum auctoritatem concessit terra, marique hostiliter agendi, prædam qualemcumque linquens; non dubitavit Regia Majestas quin clientes ejus Americam, efficaciter concurrerendo ad regni tutelam, & fidelitatis, & studii argumenta datur fuerint, cum ab hostilitatum vigore celer pendeat pacis restauratio; qua justa de causa promulgari, & sic bellum declarari fuit jussum, atque omnibus, tam ecclesiasticis quam secularibus vassallis commendatum ad patriæ propugnaculum naturalium animos conciliare: illis præsertim, ut publicas, & secretas apud Deum preces funderent, divinumque auxilium armis hispanicis impetrandi ergo: hisce vero, ut easdem committentes, quantum in ipsis fuerit, omni via contra vires, britannasque constitutiones arma moverent; idcirco cor regium impulsu hoc jam inevitabili, ordinisque splendorem sustinendi periculum, nec posse de cetero amplius perpeti, nec expectare absque diadematis nota considerans, omnibus, ne plus gravaminis paterebantur, & nobis contributionibus essent vassalli subiecti, exquisitis, non potuit, licet agereferens, & summo dolore commotum, quin vassallis onus aliquod imponeret, quare, ut ex ordinaria conlatione, tertie plus partis omnes contributorerent, fuit præceptum (Vid. sup. lit. G.)

Tamen prosequendi bellum necessitate, eorumque levamine devinctus, adhibita simul diligentia, ut negotiationibus, tamquam robur, & firmitatem huic regionis præmaxima præstantibus, incrementum non deficeret, prævio sapientium virorum (Vid. verb. Lex. in nov.) assumpto judicio, decrevit, ut pecunie omnes, ex quibus annui redditus debent provenire, ad majoratus, patronatus, operave pia attinentes, quarumque capita nullum focus conferebant, sive ad particulares personas (Vid. in cit. lit. G. ex Reg. Sched. 8. Mart. an. 1781.) legerentur, ac super regiam gazam pro censu ad ea extinguenda imponerentur: proventus equidem regio (Ad rem lit. T pag. 3. in add. hisp. & nov.) sub nomine hisp. del Tabaco in eorum securitatem, & redditus trium regalium pro centum annis singulis solvendi, spe-

ciali hypotheca afficiendo; verum (Vid. dist. Sched.) ne quisquam errore captus credat, deceptionem aliquam (Majestatem minime decet) in oblati accidere posse; advertet, non solum hanc hypothecam supponi, sed etiam esset impositionis scriptura obsignata, ejus prælatio in annua solutionis exactio debet aliqua sine mora attendi: ceterum, si intervenit, quod non est sperandum, inest creditoribus facultas adversus eosdem proventus in Supremo Castellæ dumtaxat Senatu, aula quam *Justitie* vocant, executionem confestim petendi, absque eo quod pecunie non numerata ullo in tempore possit opponi, cum nulla securitatibus, quæ publicarum functionum gratia, sive in solidum, sive in parte solute esse conscribuntur, sit obijcienda.

Isdem causis sustententibus, quo tendebat regia voluntas, levamen vassallorum semper cogitans, se contulit, eorum gravamen evitare curando: itaque summam novem millionum nummismatum lingua vernacula *Peros* à variis mercatorum domibus oblatam (Reg. Sched. 20. Septemb. an. 1780.) mutua accipere non recusavit: ad cuius securitatem usque ad sexdecim millium, & quingentorum numerum nomina, vulgo *Vales*, edita fuerunt: vim nummorum, aut pecunie eandem habitura: valorem ejus tamquam si esset numerata, cum assignatione quatuor in redditu annuatim pro centum persolvenda, obtinendo, usquequo totius capitalis redemptioni in effectum perduceretur: ita ut à nemine præter quos stipendia pro suis, munere, laboribus, & operibus ad alimentum mererent se lucrantur, contenti debent: sed si de facto mercatores eorum admisionem refugere intendent, horum regnorum naturalitatem amittere demandatum existit: cum temporis præfinitione intra quod sum redditus solvendi, & quæ nomina spernenda veniunt, si in eis aliquod vitium reperitur: inter alia multa *suis* 14. §§. *sec. art.* contenta, non omittitur præscriptionem judicium efficere qui in casu falsificationis eorum cognitionem assumere debeant: de quo infra.

Angustis alterius progredientibus ad aliorum creationem, mature meditata proclives devenerunt animi, quia satius iudicabatur, hisce regis literis valorem constituitur, quam stipendiorum, pensionumque satisfactionem suspendere, vel regiam gazam, æquis ut accidit periculis, alienationem pati: propterea quod in quantitate (Reg. Sched. 20. Mart. an. 1781.) quinque millionum ejusdem monete alia nomina sunt sub conditionibus in præcedenti expressis noviter creata, atque quatuordecim millionum alia ad Quæstoris sui Magistris (Reg. Sched. 20. Jun. an. 1782.) memoris Principis hispano idioma *el Ministro de Hacienda* ordinem stare debentia quousque aliter de illis disposuerit; nomina supradicta in numeratione aliquam habent distinctionem: in prima creatione singula sexcentis dictis constabant monetis: in secunda & tertia sexcentis, ex iisque quælibet centum, octo, & assibus viginti: Vid. Reg. Sched. 9. Apr. an. 1784. quæ cum variis declarationibus super dictorum nominum renovatione idem comprobatur: Reg. Decret. 29. Jun. an. 1785. ne despicias, ubi animadvertens quod posteaquam sicut in Reg. præcedenti Sched. fit mentionem antecedentium, ad num. 3334. nominum tertia creationis extinctio demandatur.

Alia auxilia inquirendi ratio cum non supersederet, æstimareturque nomina ultra prædictum numerum extendi jam non oportere, alterum præstimonium accipere, in mentem venit: qua forma est discretio facienda, ut pote horum creditorum præstantia notoria est: nullus dubitat, patrem hostri Catholici Principis, semper augmentum varia ob discrimina quæ glorie Hispanæ invidi sufferre coegerunt, solutionem stipendiorum, & mercedum suspendisse, in quorum securitatem literas ad ulteriorem executionem, quibus creditum liquebat, in favorem creditorum fuisse expeditas: & quamvis aliquorum extinctio in toto aut in parte esset nostris (Vid. ad rem Regia decreta 2. Decemb. an. 1749. (fit mentio in eo Reg. Dec. 15. Jul. an. præced.) 22. Febr. 23. Mart. an. 1760. 16. Febr. an. 1761. cum reg. instruci. 22. Februar. an. ejusd. 1760.) temporibus commendata, tolli, aut dissol-

MONIALES.

ARTICULUS I.

Moniales quoad ea, quæ concernunt puellarum educationem, novitatum, & professionem.

SUMMARIUM.

1. **P**UELLÆ educationis gratia recipi possunt in monasteriis Monialium.
2. Plures tamen requiruntur conditiones, ut puellæ inibi educandæ recipiantur, & prima conditio est, ut monasterium ad educationem puellas recipere consueverit.
3. Monasterium dicitur solum puellas ad educationem recipere, quando alias in educationem tenuit, licet forte modo nullam educandam habeat.
4. Non possunt tamen recipi educandæ in monasteriis Converteritarum.
5. Neque in illis monasteriis, in quibus viget prohibitio admittendi puellas ad habitum.
6. Secunda conditio est, quod puellæ habitent in loco separato à dormitorio monialium, & novitiarum, aliis monasteria non habentia talem locum separatum pro dictis puellis, non possunt eas in educationem recipere.
7. Unde ad hoc jubetur monasterium visitari.
8. Tertia conditio est, quod puellæ educandæ non recipiantur in monasteriis, nisi de expressa licentia Sacre Congregationis.
9. Et hoc sub pena violata clausuræ.
10. Licentia recipiendi in educationem non conceditur Monialibus in particulari, sed solum monasterio in communi.
11. Ordinarius non potest hujusmodi licentiam concedere.
12. Non obstante contraria consuetudine.
13. Obtena licentia Sacre Congregationis presentanda est ei, cui directa fuerit, nec non in propria Cancellaria registris reconcedenda aliis invalida redderetur.
14. In monasteriis Regularibus subiectis, obtenta licentia Sacre Congregationis, recipi, & admitti possunt educandæ absque consensu Episcopi, & sola licentia Superioris Regularis: Si tamen licentia excusatio sit, expressè commissa Episcopo, est pro excusatione presentanda.
15. Quarta conditio est, quod puellæ recipiantur de consensu Superioris, & Monialium per secreta suffragia.
16. Qui consensus Monialium debet esse majoris partis, non obstante contrario abusu.
17. Dum Superior Regularis recipit Monialium suffragia pro admittenda educanda, cum eo non assistit Vicarius Generalis, nec alius ab eo, seu ab Episcopo deputatus.
18. Quinta conditio est, quod puellæ non sint supra numerum monasterio prefissum.
19. Non est tamen prohibitum, quod in eodem monasterio accipiantur educandæ plures sorores, quam duo.
20. Numerus educandarum ita præfigi debet, ut quilibet suum lectum separatim habeat.
21. Sexta conditio est, quod puellæ educandæ recipiantur sola sine ancilla.
22. Septima conditio est, quod puellæ educandæ utantur vestitu, qui virginali modestia, & pudicitia convenit.
23. Octava conditio est, quod puellæ educandæ septimum expleverint annum, nec sit major 25. annis.
24. Puellæ, quæ compleverunt 25. annum, debet à clausura dimitti.
25. Nisi prorogationem obtineant à Sacre Congregatione.

- 26 Si autem completis annis 25. sine obtenta prorogatione, non statim egrediantur, non afficitur excommunicatione, sicuti nec Abbatisa, vel Priorissa Monialium illam retinentur.
- 27 Nona conditio est, quod puella sic introducta e monasterio non egrediantur, sed ad clausuram ad instar Monialium teneantur, & semel egressa ad illud, vel aliud monasterium redire non permittantur absque Sacra Congreg. licentia, cum egressum hujusmodi expressione, nisi habitum Regularum suscipiendi animo essent reverentia.
- 28 Ipsa tamen puella egrediendo absque Superioris licentia non incurrit excommunicationem violata clausura.
- 29 Decima conditio est, quod quolibet semestri pro dicitur puellis alimenta in pecunia anticipare solvantur.
- 30 Educanda matrimonium contrahere volentes desponsari debent extra clausuram, in eam amplius non rediturae sine licentia Sanctae Sedis.
- 31 Immo Ordinarius, habita notitia quod educanda contraxerint sponsalia, debet eas ad clausuram dimittere.
- 32 Si sponsam de licentia Sacrae Congregationis in clausura degentem sponsus visitet absque ejusdem Sacrae Congregationis facultate, quae raro conceditur, & multo magis si praefatus sponsus circa monasterium cunctet, vel sonet, ipsa sponsa debet ad clausuram dimitti.
- 33 Abbatisa, quae sponsalium instrumentum cum educanda fieri permittit ad crates, deponitur ab officio, voce activa, & passiva privatur.
- 34 Educandis nubere volentibus liber exitus permitti debet.
- 35 Ordinarius non debet absque causa relevanti praecipere educanda, ne contrahat matrimonium sine sua licentia.
- 36 Matrimonium contrahendum ad puella educanda ad crates monasterii coram testibus, & Parochis ecclesiae parochialis, intra cujus limites situm est monasterium, validum est, etiam si Parochus fuerit alio pretexto vocatus, nisi aliud obstet.
- 37 Educandae dimitti debent, si sine facultate speciali receptae sint ante septimum annum completum, vel si compleverint annum vigesimum quintum.
- 38 Neque in hoc dispensare possunt Ordinarii.
- 39 Item dimitti debent puellae, quae non solvant alimentum.
- 40 Item dimitti debent, si detegantur emergentem.
- 41 Item dimitti debent, si detegantur gravidae, & multo magis si partiant.
- 42 Puella, quae compleverint annum 25. nequeunt recipi educanda in monasteriis Monialium.
- 43 Nisi raro ad annum propter causas urgentes, & de licentia Sacrae Congregationis.
- 44 Modo ultra alimenta donet aliqua monasterio.
- 45 Nisi quando recipiuntur ad probandum Institutum.
- 46 Mulieres nuptae nequeunt recipi in monasteriis Monialium de licentia Ordinarii.
- 47 Ille autem, quae sunt in discordia cum maritis, & eorum uxorem timent, si extra culpam sint, debent, si sint in monasteriis, tolerari; in posterum vero hujusmodi mulieres non possunt recipi etiam cum licentia Episcopi.
- 48 Mulier, quae in suspicionem venit marito, & timet ob id, ne ab eo ipse vis aliqua inferatur, permitti debet, ut possit ingredi monasterium Monialium, dummodo constitutiones monasterii non repugnent, & accedat consensus Superiorum, Abbatisae, & Monialium, &c.
- 49 Vidua, quae honestatis causa se in monasteria Monialium contulerunt, dummodo sint bona existimantis, & fame, tolerari debent, quatenus legibus Monialium pareant; De cetero tamen non sunt recipiendae, nisi moniales fieri vellent.
- 50 Fanulae, seu ancillae seculares de licentia Superiorum possunt introduci in monasterium Monialium

- causa intercedendi domesticis servitiis, & infirmis Monialibus, si deficient converse.
- 51 Extra tamen casum dicta, & similis necessitatis non possunt introduci cum sola licentia Ordinarii; Sicuti nec possunt introduci pro servitio altius monialis particularis, aut altius puella educanda cum sola licentia Ordinarii Immo etiam Sedes Apostolica regulariter hanc licentiam detegat.
- 52 Puella, vel vidua, quae temere ingreditur ad suscipiendum habitum, & Abbatisa recipiens, incidunt in censuras, haecque debet graviter puniri, illa expelli.
- 53 Cogere puellas ad ingressum monasterii causa solius educationis, si coactio est illata puellis a non habentibus in illas potestatem dominatam, est peccatum mortale: Si coactio sit illata a parentibus, vel tutoribus, & puella sint impuberes, nullum est peccatum: si autem sint puberes, talis coactio censetur peccaminosa.
- 54 Cogentes coactione peccaminosa puellas puberes ad ingrediendum monasterium, probabiliter incurrit excommunicationem latam a Tridentino, etiam si non intendat illas ingredi ad habitum Religionis sumendum, aut proficiendum, sed solum educationis gratia.
- 55 Id tamen limitant varii, quando talis coactio est in ordine ad induendum habitum, & ad proficiendum; recus vero si sit solum in ordine ad educationem.
- 56 Ordinationes, & declarationes Ordinarii directae pro monasteriis, servari debent etiam in monasteriis subiectis Regularibus.
- 57 Secus si ordinationes tam pro monachandis, quam pro educandis factae fuerint ab ipso Ordinario.
- 58 Nisi ea, quae respiciunt clausuram, & ad illam accessum, vel ingressum.
- 59 Puella manens in monasteriis exemptis non subiacent Episcopo, nisi in casibus, in quibus ipsi subduntur moniales exemptae.
- 60 Si aliqua educanda agraet cum periculo vitae, & testari velit, debet concedi licentia Notario cum testibus ingrediendi clausuram.
- 61 Educanda si moreretur in monasterio exempto nulla electa sepultura, ubi esset sepelienda, ad numer. 62.
- 62 Quod dicitur de educandis, id ipsum dicendum est, servata proportione, de tumulatione mulierum secularium in monasterio Monialium legitima facultate commorantium, & inibi decedentium.
- 63 Puella ut legitime recipiatur ad habitum Religionis, requiritur consensus Superioris, & monialium secrete suffragia.
- 64 Qui consensus monialium debet esse majoris partii.
- 65 Puella ad habitum Religionis recipienda est ab Episcopo, vel ejus Deputato exploranda, an reducta sit, an sciat quid agat, & hujusmodi.
- 66 Et hoc etiam in monasteriis Regularibus subiectis, in quibus nec potest ad habitum admitti sine praevia licentia Episcopi in scriptis.
- 67 Unde potest Episcopus sub censuris praecipere Monialibus etiam exemptis, & eorum Superioribus, ne recipiant puellas ad habitum, nec ad professionem, nisi prius sit ipse cercioratus.
- 68 Hanc voluntatis puellae explorationem non debet Episcopus differre ultra 15. dies, alias Superioribus exemptis, a 50 diebus elapsis, possunt, eo inconulto, ad receptionem, & admissionem procedere.
- 69 Defectus explorationis voluntatis non irritat receptionem, & admissionem.
- 70 Puella ad habitum recipienda, debet prius per decem dies continuos spiritalibus exercitiis operam dare, nisi in casibus, quibus illa non potest dari.
- 71 Puella non possunt admitti ad habitum Religionis, nisi habeant 15. annos completos.

- 72 Antequam puella habitu Religioso induatur, debet esse Sacramento Confirmationis munita.
- 73 Debet ei imponi nomen Sanctae, non gentilis faminae.
- 74 Debet ei imponi, ut vocetur titulo Soteris, & non Dominae.
- 75 Novitiae omnes debent degere sub cura, & regimine magistrae in habitatione particulari.
- 76 Episcopus praecipere potest monialibus etiam exemptis, etiam Regularibus subiectis, ut habeat locum separatam, & commodum pro novitiis, & puellis educandis, & potest prohibere, ne illas extra dictum locum teneant sub quovis praetextu sub gravius panis, &c.
- 77 Prohibitum est puellas ad habitum suscipi in illis monasteriis, quae non habent locum distinctum, & separatam pro novitiis.
- 78 In habitu Seculari fieri non potest novitiatum.
- 79 Tempus, sive annus probationis debet esse continuus, & incipit a die assumptionis habitus, & non a die acceptationis monialium.
- 80 Alimenta pro anno novitiatum debentur etiam a numerariis, nisi Sacra Congregatio det licentiam intercedendi dotem pro novitia, quae illam solvere nequit.
- 81 Ordinarius nullo pacto compellere potest moniales ad acceptandum puellas neque ad habitum, neque ad professionem, licet haberent licentiam Sedis Apostolicae.
- 82 Novitia infirma morbo contumaci remittitur curanda domum.
- 83 Eo pacto, ut reversa reincipiat novitiatum a capite.
- 84 Sed si novitiatum annum expleverat, posteaque ex causa supradicta de consensu monialium, & Superioris exit, potest, cum redit, admitti sine novo novitiatum.
- 85 Novitia, quae exit ab uno monasterio ad proficiendum in alio, debet reincipere novitiatum a capite.
- 86 Novitia debet per annum cum habitu Regulari permanere, alias professio erit irrita.
- 87 Annus probationis debet esse completus de momento ad momentum; alias professio est nulla.
- 88 Novitia non potest professionem emittere ante annum decimum sextum completum, alias professio antea facta est nulla.
- 89 Anni 16. ad professionem requisiti debent esse completi de momento ad momentum, alias professio est nulla.
- 90 Etas autem incipit a die Nativitatis, & non a die Baptismi.
- 91 Novitia ante professionem debet explorari quoad ejus voluntatem ab Episcopo, seu ejus Deputato.
- 92 Et hoc etiam in monasteriis Regularibus subiectis.
- 93 Episcopus, postquam fuit monitus, non debet differre explorationem voluntatis novitiae ultra 15. dies, alias Superioribus exemptis, ipsis 15. diebus lapsis, possunt procedere ad admissionem professionis.
- 94 Defectus hujus explorationis non annullat professionem.
- 95 Novitiae in articulo mortis constitutae, etiam anno novitiatum non completo, possunt professionem emittere, dummodo sint in etate legitima.
- 96 Si tamen hujusmodi novitiae consulerint, tenentur iterum profiteri.
- 97 Talis autem professio emissa a novitia in articulo mortis, anno novitiatum nondum completo, non suffragatur nisi quoad acquisitionem Indulgentiarum favore profitentis, non autem quoad acquisitionem dotis favore monasterii.
- 98 Si autem talis professio in articulo mortis sit emissa in manibus Abbatisae, anno probationis jam integre completo, tunc dos acquiritur monasterio, licet professio emissa fuerit in scio Ordinario.
- 99 Aliqui vero tenent, quod professio emissa post annum probationis a puella phisica, seu bellica

- non prosit monasterio quoad acquisitionem bonorum.
- 100 Professio monialium in manu Ordinarii principalliter non autem Abbatisae fieri debet.
- 101 Tamen si fiat in manu Superioris de consensu majoris partis capituli, est valida.
- 102 Adducitur, & solvitur instantia.
- 103 Episcopo, vel alio Prelato, seu Superiori juvente recipi novitiam ad professionem, contradicente majori parte monialium, non debet admitti.
- 104 Et si Ordinarius ad id eas compelleret, possunt ad Superiorem appellare.
- 105 Et si Superior de se cum minori parte, reclamante majori parte monialium, novitiam ad professionem admitteret, professio esset nulla.
- 106 Moniales nullo modo per juramentum, vel censuras cogenda sunt ab Ordinario ad exprimendum causam cur aliquam novitiam a professione rejiciant, sed si secreto interrogata idoneam repulsionis causam non afferant, & in sua contumacia perseverent, Ordinarius debet facere certiorum Sacrae Congregationem, ut de opportuno remedio provideat.
- 107 Quae solet jubere iterum convocari Capitulum a dimodo Monialibus pro extorquentis votis vis non inferatur.
- 108 Rejicere autem a professione novitiam non possunt moniales sine justa causa, alias graviter peccant.
- 109 Abbatisa seu Superioria in monasteriis non exemptis tenentur ante mensem certiorum facere Episcopum professionis a novitia emittenda, alias potest suspendi arbitrio Episcopi.
- 110 In monasteriis vero exemptis tenentur ipsum certiorum facere solum ante quindecim dies, quibus elapsis, nequis Episcopus amplius se ingerere, & Superior res exempti possunt sine alio ad admissionem professionis procedere.
- 111 Secunda soror in loco numerario admitti potest sine licentia Sacrae Congregationis.
- 112 Tertia tamen soror recipi non potest in eodem monasterio, licet Regularibus subiecto, sine licentia Sacrae Congregationis.
- 113 Tertia soror vocem activam, & passivam non habet, nisi post mortem ulterius ex primis.
- 114 Potest tamen tertia soror habere alia officia, quae dantur extra capitulum sine suffragiis monialium.
- 115 Tertia, & quarta soror habet praecedentiam a die professionis, sicut aliae.
- 116 Saepius tertiis sororibus solent voces concedi, ex gratia maxime, ubi magnus est numerus monialium.
- 117 Monialis supernumeraria non potest admitti sine licentia Sacrae Congregationis.
- 118 Monialis supernumeraria remanet semper supernumeraria.
- 119 Excommunicantur omnes, qui quomodocumque virginem, vel viduam, vel aliam mulierem coegerint invitam ad ingrediendum monasterium, vel habitum suscipiendum Religionis, vel ad professionem emittendam.
- 120 Item ii, qui consilium, auxilium, favorem dederint, quique scientes eam non sponte facere, quomodo eidem actui vel praesentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint.
- 121 Non excommunicantur ii, qui per vim induentium, non coactivum, coegerint virginem monasterium ingredi.
- 122 Excommunicantur & ii, qui Sanctas Virgines, vel alias mulieres voti accipiendi, vel voti emittendi quocumque modo sine justa causa impederint.
- 123 Alia ad rem remissive.
- 124 Subnectuntur supplementa Auctoritatis, ad n. 140.
- 125 Addit. ex aliena manu, ad fin.

Puella educationis gratia recipi possunt in monasteriis

riis Monialium, ut pluries decrevit Sac. Congr. Episcop. & Reg. & signanter in Hieracensi 31. Aug. 1575. ubi illius Episcopo rescriptis expresse quod: Nullo Concilio decreto prohibetur, quominus puella in monasteriis Monialium educetur; & patet ex quotidiana praxi ejusdem Sacre Congregationis concedente in dies facultates pro puellis inibi educandis.

2 Plures tamen requiruntur conditiones, ut puella inibi educanda recipiantur: Prima conditio igitur est, quod monasterium ad educationem puellas recipere consueverit; ut pluries decrevit Sac. Congr. Episcop. & Reg. & signanter in Parmen. 27. Octob. 1603. & Dertorn. 27. Maji 1607. Monasterium autem dicitur solum puellas ad educationem recipere, quando alias in educationem tenuit, licet forte modo nullam educandam habeat; Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Eugubina 18. Martii 1607. Non possunt tamen recipi educanda in monasteriis convertitarum, ut expresse prohibuit Sac. Congr. Episcop. & Reg. 12. Maji 1619.

5 Neque in illis monasteriis, in quibus viget prohibitio admittendi puellas ad habitum, quia inibi censetur etiam prohibendum eas admittere ad educationem, ut respondit Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Camerinen. 28. Martii 1588. & in Neapolitana 30. Sept. 1695.

6 Secunda conditio est, quod puella intra monasterium habitent in loco separato, tam ad dormitorio Monialium, & novitiarum, quam a loco, in quo ipsae Moniales solent vacare operibus manualibus; & hoc est adeo necessarium, ut monasteria non habitentia loca propria destinata ad usum puellarum ibi educandarum, non possunt hujusmodi puellas recipere in educationem, ut pluries decrevit Sac. Congr. Episcop. & Reg. & signanter in Novarien. 2. Junii 1595. in Dertonen. 27. Maji 1607. in S. Severin. 15. Jan. 1615. in Campan. 7. Junii 1619. in Neapolitana 11. Decembr. 1648. Unde ad hoc juvetur monasterium visitari; Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Laurentina 16. Aug. 1602.

8 Tertia conditio est, quod puella educanda non recipiantur in monasteriis, nisi de expressa licentia Sacre Congregationis ut pluries decrevit. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. & signanter in Hieracensi 31. Augusti 1575. in Viiterb. 17. April. 1602. in Volaterrana 1. Septemb. 1603. At hoc sub pena violatae clausurae. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Neapolitana 7. Febr. 1647. & 1. Julii 1605. Unde si reperiretur alibi introducta aliqua puella educationis gratia absque licentia Sacre Congregationis, Superior, aut Episcopus, qui id permisit, esset incursum excommunicationem, prout Archiepiscopus Pragensem monuit Sac. Congr. Episcop. & Reg. 9. Aug. 1594. apud Monacell. in Form. Legal. part. 1. tit. 11. Formul. 11. num. 17. Licentia recipiendi in educationem non conceditur Monialibus particularibus, sed solum monasterio in communi. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. 11. in Caralen. 18. Novemb. 1611. & in Placentina 28. Febr. 1614. Ordinarius non potest hujusmodi licentiam concedere. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Auximana 13. Novemb. 1589. & in Astensi 18. Decemb. ejusdem anni.

12 Non obstante contraria consuetudine. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Laudan. 20. Novemb. 1626. Obtenita licentia Sacre Congregationis, Episcop. & Reg. presentanda est ei, cui directa fuerit, nec non in propria Cancellaria Registris reconcedenda, aliis invalida redderetur, ut declaravit. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Dertonen. 27. Maji 1607. In monasteriis Regularibus subjectis, obtenta licentia Sacre Congregationis, recipi, & admitti possunt educanda absque consensu Episcopi, & sola licentia Superioris Regularis. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Cremon. Terrae Sotini 1. Sept. 1690. licet aliquando Sacra Congregatio etiam in monasteriis Regularibus subjectis executionem licentiae Episcopo solum committere; Sic expresse habetur apud Monacell. p. 1. t. 11. Formul. 11. n. 16. quae licentiae executio expresse commissa Episcopo, est ei pro executione presentanda, juxta decretum num. antecedenti relatum.

13 Atque hic occurrunt attendenda sequentia. Cum Archiepiscopus Taurinensis contenderet, sine sui particu-

lari, & expressa facultate non licere Monialibus exemptis Saliviani, & cura Reg. Observi subjectis, cogere Capitulum pro admittenda ad habitum; vel professionem aliqua adolescentula, acta fuit causa coram Cong. Episcop. & Reg. a qua emanavit sequens

DECRETUM.

Sacra Congreg. Emin. & Rev. S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Reg. praeposita, matura pensatione omnibus rationibus allatis, referente Emin. Card. Gotti Ponente, censuit rescribendum, prout praesentis decreti tenore benigne rescriptis. Pro convocacione Capituli ad effectum acceptandi educandas in monasteriis exemptis, non requiri licentiam Archiepiscopi, sed Abbatissam teneri eidem transmittere copiam authenticam resolutis dicit Capituli ad effectum iudicandi de ejusdem validitate. Datum Romae 1. Decembris 1741. = I. Cardinal. Firrao. = C. Archiepiscopus Damiatinae Secret.

Quarta conditio est, quod puella recipiantur de 15 consensu Superioris, & Monialium pro secreta suffragia. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Dertonen. 27. Maji 1607. & in Amelien. 4. Jan. 1608. Qui censentur Monialium debet esse majoris partis, non obstante contrario abusu. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Assisien. 29. April. 1603. in Camerinen. 4. Januar. 1608. in Arebarens. 30. Sept. 1616. Dum Superior Regularis recipit Monialium suffragia pro admittenda educanda in monasteriis sibi subjectis, cum eo non assistit Vicarius Generalis, nec alius ab eodem; seu ab Episcopo deputatus, prout Sacra Congreg. Episcop. rescriptis. Episcopo Cremon. ut infra.

»Riferito in Sacra Congregazione dal Cardinal Carraffa quanto V. S. ha rappresentato con sua lettera in ordine al dubbio proposto dal Prior del Convento dell'Ordine de Predicatori di Soncino di costea diocesi, »se nell'acettazione dell'educande nel monastero delle Monache di S. Paolo di detto luogo soggetta al suo Ordine possa intervenire alla ballotazione, che si fa dalle Monache, il suo Vicario Generale, o altra persona da deputata da lei; questi Emmentissimi miei signori hanno resolutto, che non abbia potuto, ne possa intervenire. Glielo significo, ed il Signor Iddio la prosperi.» Roma 15. Settembre 1690. = Ex registro autographo Sac. Congr.

Et jam in una Comenti Dominicanorum 14. Martii 1632. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. decreverat, quod scrutinium, & consensus Capitularis dependat a Monialium arbitrio, nec ad hoc egerit licentia Ordinarii, apud Nicol. in fosculis verb. Educatio n. 10.

Quinta conditio est, quod puella non sint supra numerum monasterio praefixum. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Dertonen. 27. Maji 1607. Non est tamen prohibitum, quod in eodem monasterio recipiantur educandae plures sorores, quam duae. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Iserniensi 11. Januar. 1622. & in Panormitana 6. Maji 1622. Numerus educandarum ita praefigi debet, ut quaelibet suum lectum separatim habeat. Eadem Sac. Congr. Episcop. & Reg. 17. Martii 1593.

Sexta conditio est, quod puella educanda recipiantur sola sine ancilla; Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Neapolitana 11. Martii 1619. apud Barbosam Juris eccles. univers. cap. 44. n. 55. ubi refert quod Chrysostoma Caracciola in monasterio Dominae Reginae educationis causa degens ancillam ad ejus servitia introducendam petit a Sacra Congregatione sibi concedi: Et Sacra Congregatio respondit, quod non datur ancilla pro educandis, & sic decreverat in Hieracensi 31. Aug. 1575.

Septima conditio est, quod puella educanda utantur vestitu, qui virginali modestie, & pudicitiae convenit, ut saepius decrevit ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. & signanter in dict. Hieracensi 31. Aug. 1575. & in Dertonen. 27. Maji 1607. Unde S. Carolus Borromeus in suis constitutionibus synodalibus lib. 6. §. De puellis regularibus num. 4. expresse statuit: »Quod dicitur puella nigri tantummodo, & aut fusci, aut albi

coloris vestes non sericas adhibeant, & nullo praetextu exquisito utantur ornatu, nec concinnatae incedant neque in aures, neque Monialia; aut ejus generis inanes delicias ferant.»

23 Obvia conditio est, quod puella educanda septimum expleverit annum, sit major viginthique annis. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in dict. Dertonen. 27. Maji 1607. Puellae enim, quae compleverunt 25. annum, debent a clausura dimitti. Ead. Sac. Congr. in Dertonen. & in Panormitana 19. Octob. 1582. Nisi prorogationem obtineant a Sacra Congregatione. Ead. Sac. Congr. in Briminen. 14. Januar. 1656. Si autem aliqua completis annis 25. sine obtenta prorogatione non statim egrediatur, non afficitur excommunicatione; sicuti nec Abbatissa, vel Priorissa Monialium illam retinentes, quia non est illicite ingressa, nec Sacra Congregatio talem excommunicationem impositur; debet tamen in illo casu Ordinarius praefigere ei terminum ad eligendum egressum de monasterio, vel ad habitum Regularem suscipiendum, ut declarasse Sacram Congregationem testatur Franciscus Leo in thesaur. for. ecol. p. 12. c. 16. numer. 54. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 102. n. 65. Campanil. in divers. jur. canon. rubr. 12. cap. 16. num. 26. Tamburin. de jure Abbatissar. disp. 1. q. 2. n. 11. & alii plures.

27 Nona conditio est, quod puellae sic introductae in monasterio non egrediatur, sed ad clausuram adinstar Monialium teneantur, & semel egressae, ad illud, vel ad aliud monasterium redire non permittantur absque Sacrae Congregationis licentia cum egressu hujusmodi expressione, nisi habitum Regularem suscipiendi animo essent reversurae: ut expresse decrevit Sac. Congr. Episcop. & Reg. in dict. Dertonen. 27. Maji 1607. Ipsae tamen puellae egrediendo absque Superioris licentia non incurunt excommunicationem violatae clausurae. Ita Lugo & Giballinus relati, & secuti a D. Cajetano de Alexandris in confessorio Monialium cap. 7. §. 8. quest. 5. Pellizarius de Monialibus cap. 5. tit. 4. quest. 9. num. 187. & alii; qui tamen debent intelligi de excommunicatione Papali; secus de imposita ab Episcopo, in quam profecto incidunt, si exeat absque licentia; & in hoc sensu, ut advertit Clericus de Sacram. Eucharist. dec. 18. num. 25. & D. Cajetano de Alexandris loc. cit. intelligendi sunt Polaccus, & Tamburinus loc. cit. n. 14. dicentes, praefatas puellas egredientes sine licentia in monasterio incurere excommunicationem, etiamsi exeat animo non amplius revertendi; & ratio nostra conclusionis est, quia jurata indelicta clausuram sub excommunicatione loquuntur solum de Monialibus tacite, aut expresse professis, adeo ut Navarr. Azorius, Zerola, Sanchez, & alii, quos citat, & sequitur Tambur. ipse disp. 18. q. 6. n. 1. dicunt, quod talem excommunicationem non incurunt Novitiae egredientes in monasterio sine licentia Superioris, ergo a fortiori eam non incurunt puellae educandae; ubi enim agitur de obligatione imponenda, stricta debet fieri interpretatio c. 1. Jurejur. in 6. c. Odia 15. & cap. In prenis 49. de reg. juris in 6.

28 Reg. in dict. Dertonen. 27. Maji 1607. Ipsae tamen puellae egrediendo absque Superioris licentia non incurunt excommunicationem violatae clausurae. Ita Lugo & Giballinus relati, & secuti a D. Cajetano de Alexandris in confessorio Monialium cap. 7. §. 8. quest. 5. Pellizarius de Monialibus cap. 5. tit. 4. quest. 9. num. 187. & alii; qui tamen debent intelligi de excommunicatione Papali; secus de imposita ab Episcopo, in quam profecto incidunt, si exeat absque licentia; & in hoc sensu, ut advertit Clericus de Sacram. Eucharist. dec. 18. num. 25. & D. Cajetano de Alexandris loc. cit. intelligendi sunt Polaccus, & Tamburinus loc. cit. n. 14. dicentes, praefatas puellas egredientes sine licentia in monasterio incurere excommunicationem, etiamsi exeat animo non amplius revertendi; & ratio nostra conclusionis est, quia jurata indelicta clausuram sub excommunicatione loquuntur solum de Monialibus tacite, aut expresse professis, adeo ut Navarr. Azorius, Zerola, Sanchez, & alii, quos citat, & sequitur Tambur. ipse disp. 18. q. 6. n. 1. dicunt, quod talem excommunicationem non incurunt Novitiae egredientes in monasterio sine licentia Superioris, ergo a fortiori eam non incurunt puellae educandae; ubi enim agitur de obligatione imponenda, stricta debet fieri interpretatio c. 1. Jurejur. in 6. c. Odia 15. & cap. In prenis 49. de reg. juris in 6.

29 Decima conditio est, quod quolibet semestri pro dictis puellis alimenta in pecunia anticipatae solvantur: imo pro tali solutione debet idoneus fidejussor constitui. Nec permitendum est, quod parentes earum ipsis transmittant victum dietim. Sac. C. Ep. & Reg. in dict. Dertonen. 26. Maji 1607.

30 Educanda matrimonium contrahere volentes desponsari debent extra clausuram, in eam amplius non rediturae sine licentia Sanctae Sedis. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Cabaen. 15. Februar. 1595. Immo Ordinarius habet notitia, quod educandae contraxerint sponsalia, debet eas a clausura dimittere. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Placentina 13. Januar. 1624. & in Corsen. 9. Nov. 1634. Si sponsus de licentia Sacre Congregationis in clausura degentem sponsus visitet absque ejusdem Sacre Congregationis facultate, quae raro conceditur, & mul-

31 Reg. in Cabaen. 15. Februar. 1595. Immo Ordinarius habet notitia, quod educandae contraxerint sponsalia, debet eas a clausura dimittere. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Placentina 13. Januar. 1624. & in Corsen. 9. Nov. 1634. Si sponsus de licentia Sacre Congregationis in clausura degentem sponsus visitet absque ejusdem Sacre Congregationis facultate, quae raro conceditur, & mul-

32 1634. Si sponsus de licentia Sacre Congregationis in clausura degentem sponsus visitet absque ejusdem Sacre Congregationis facultate, quae raro conceditur, & mul-

to magis si praefatus sponsus circa monasterium canter, vel sonet, ipsa sponsa debet a clausura dimitti. Ead. S. Congr. Episcop. & Reg. in Neapolitana 25. Februar. 1596. & 25. April. 1627. in Papien. 15. Decemb. 1604. in Placentina 13. Januar. 1624. & in Corsen. 9. Nov. 1634. Si sponsus de licentia Sacre Congregationis in clausura degentem sponsus visitet absque ejusdem Sacre Congregationis facultate, quae raro conceditur, & mul-

rina 27. Martii 1630. Abbatissa, quae sponsalium instrumentum cum educanda fieri permittit ad crates, deponitur ab officio, voceque activa, & passiva privatur. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Assisien. 26. Sept. 1599.

34 Educandis nubere volentibus liber exitus permitti debet. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Bononien. 29. Nov. 1600. Ordinarius non debet absque causa relevandi precipere educandae, ne contrahat matrimonium sine sua licentia. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Neapolitana 13. April. 1633. Matrimonium contractum a puella educanda ad crates monasteriorum restibus, & Parochis ecclesiae parochialis intra ejus limites situm est monasterium, validum est, etiamsi Parochus fuserit alio praetextu vocatus, nisi aliud obstat. Sac. Congr. Conc. in Tarrusana 19. Dec. 1648. lib. 18. decret. pag. 363.

35 Educandae dimitti debent, si sine facultate speciali receptae sint ante septimum annum completum, vel si compleverint annum 25. ut saepius decrevit Sac. Congr. Episcop. & Reg. & signanter in Dertonen. 27. Maji 1607. & in Campanien. 14. Dec. 1648. Neque in hoc dispensare possunt Ordinarii, quia inferior (uti est Ordinarius respectu Sacre Congregationis) nullam habet potestatem in legem Superioris; cap. Inferior 4. dist. 21. cap. Cum inferior 16. de majorit. & obediens. & Clement. Ne Romanus, de elect. Item dimitti debent educandae, quae non solvant alimenta. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Campanien. 11. Dec. 1648. Item dimitti debent, si detegatur enervimentum. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Ferrarien. 12. Januar. 1624. Item dimitti debent, si detegatur gravida; & multo magis si pariant. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Mediolan. 10. Febr. 2601. (vers. Lex.)

36 Puellae, quae compleverint annum 25. nequeunt recipi educandae in monasteriis Monialium, ut saepius decrevit Sac. Congr. Episcop. & Reg. & signanter in Ferrarien. 3. Julii 1595. in Forosempron. 20. Sept. 1604. in Dertonen. 27. Maji 1607. Nisi raro ad annum propter causas urgentes, & de licentia Sacre Congregationis. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Ariminen. 14. Octob. 1598. Modo ultra alimenta donent aliquod monasterio. Eadem Sac. Congr. in Parmen. 16. April. 1602. Nisi quando recipiuntur ad probandum institutum. Ead. Sac. Congr. in Brisen. 4. Martii 1603.

37 Puellae, quae compleverint annum 25. nequeunt recipi educandae in monasteriis Monialium, ut saepius decrevit Sac. Congr. Episcop. & Reg. & signanter in Ferrarien. 3. Julii 1595. in Forosempron. 20. Sept. 1604. in Dertonen. 27. Maji 1607. Nisi raro ad annum propter causas urgentes, & de licentia Sacre Congregationis. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Ariminen. 14. Octob. 1598. Modo ultra alimenta donent aliquod monasterio. Eadem Sac. Congr. in Parmen. 16. April. 1602. Nisi quando recipiuntur ad probandum institutum. Ead. Sac. Congr. in Brisen. 4. Martii 1603.

38 Puellae, quae compleverint annum 25. nequeunt recipi educandae in monasteriis Monialium, ut saepius decrevit Sac. Congr. Episcop. & Reg. & signanter in Ferrarien. 3. Julii 1595. in Forosempron. 20. Sept. 1604. in Dertonen. 27. Maji 1607. Nisi raro ad annum propter causas urgentes, & de licentia Sacre Congregationis. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Ariminen. 14. Octob. 1598. Modo ultra alimenta donent aliquod monasterio. Eadem Sac. Congr. in Parmen. 16. April. 1602. Nisi quando recipiuntur ad probandum institutum. Ead. Sac. Congr. in Brisen. 4. Martii 1603.

39 Puellae, quae compleverint annum 25. nequeunt recipi educandae in monasteriis Monialium, ut saepius decrevit Sac. Congr. Episcop. & Reg. & signanter in Ferrarien. 3. Julii 1595. in Forosempron. 20. Sept. 1604. in Dertonen. 27. Maji 1607. Nisi raro ad annum propter causas urgentes, & de licentia Sacre Congregationis. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Ariminen. 14. Octob. 1598. Modo ultra alimenta donent aliquod monasterio. Eadem Sac. Congr. in Parmen. 16. April. 1602. Nisi quando recipiuntur ad probandum institutum. Ead. Sac. Congr. in Brisen. 4. Martii 1603.

40 Puellae, quae compleverint annum 25. nequeunt recipi educandae in monasteriis Monialium, ut saepius decrevit Sac. Congr. Episcop. & Reg. & signanter in Ferrarien. 3. Julii 1595. in Forosempron. 20. Sept. 1604. in Dertonen. 27. Maji 1607. Nisi raro ad annum propter causas urgentes, & de licentia Sacre Congregationis. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Ariminen. 14. Octob. 1598. Modo ultra alimenta donent aliquod monasterio. Eadem Sac. Congr. in Parmen. 16. April. 1602. Nisi quando recipiuntur ad probandum institutum. Ead. Sac. Congr. in Brisen. 4. Martii 1603.

41 Puellae, quae compleverint annum 25. nequeunt recipi educandae in monasteriis Monialium, ut saepius decrevit Sac. Congr. Episcop. & Reg. & signanter in Ferrarien. 3. Julii 1595. in Forosempron. 20. Sept. 1604. in Dertonen. 27. Maji 1607. Nisi raro ad annum propter causas urgentes, & de licentia Sacre Congregationis. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Ariminen. 14. Octob. 1598. Modo ultra alimenta donent aliquod monasterio. Eadem Sac. Congr. in Parmen. 16. April. 1602. Nisi quando recipiuntur ad probandum institutum. Ead. Sac. Congr. in Brisen. 4. Martii 1603.

42 Puellae, quae compleverint annum 25. nequeunt recipi educandae in monasteriis Monialium, ut saepius decrevit Sac. Congr. Episcop. & Reg. & signanter in Ferrarien. 3. Julii 1595. in Forosempron. 20. Sept. 1604. in Dertonen. 27. Maji 1607. Nisi raro ad annum propter causas urgentes, & de licentia Sacre Congregationis. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Ariminen. 14. Octob. 1598. Modo ultra alimenta donent aliquod monasterio. Eadem Sac. Congr. in Parmen. 16. April. 1602. Nisi quando recipiuntur ad probandum institutum. Ead. Sac. Congr. in Brisen. 4. Martii 1603.

43 Puellae, quae compleverint annum 25. nequeunt recipi educandae in monasteriis Monialium, ut saepius decrevit Sac. Congr. Episcop. & Reg. & signanter in Ferrarien. 3. Julii 1595. in Forosempron. 20. Sept. 1604. in Dertonen. 27. Maji 1607. Nisi raro ad annum propter causas urgentes, & de licentia Sacre Congregationis. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Ariminen. 14. Octob. 1598. Modo ultra alimenta donent aliquod monasterio. Eadem Sac. Congr. in Parmen. 16. April. 1602. Nisi quando recipiuntur ad probandum institutum. Ead. Sac. Congr. in Brisen. 4. Martii 1603.

44 Puellae, quae compleverint annum 25. nequeunt recipi educandae in monasteriis Monialium, ut saepius decrevit Sac. Congr. Episcop. & Reg. & signanter in Ferrarien. 3. Julii 1595. in Forosempron. 20. Sept. 1604. in Dertonen. 27. Maji 1607. Nisi raro ad annum propter causas urgentes, & de licentia Sacre Congregationis. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Ariminen. 14. Octob. 1598. Modo ultra alimenta donent aliquod monasterio. Eadem Sac. Congr. in Parmen. 16. April. 1602. Nisi quando recipiuntur ad probandum institutum. Ead. Sac. Congr. in Brisen. 4. Martii 1603.

moniales fieri vellent; sic decisum fuisse à Sacra Congregatione referunt Miranda loc. c. art. 6. conclus. unica Homobonus de bonis in exam. ecclesiast. tract. 9. q. 34. Campanil. loc. c. n. 30. & 31. Lazzari in Summ. q. Reg. c. 25. n. 28. & 30. Tambur. loc. c. n. 3. Nav. in Lucerna Reg. verb. Educatio n. 13. Barbosa cit. alleg. 102. n. 67. resolutives, nec posse Episcopum dare licentiam viduæ ingredi volenti, atque in habitu laicali permanere, etiam si toto tempore vitæ suæ illic degere, nec amplius inde exire vellet, quia in istis nulla adest necessitas.

50 Famulæ; seu ancillæ seculares de licentia Superiorum possunt introduci in monasteriis monialium causa inserviendi domesticis servitiis, & infirmis monialibus, si deficiant conversæ, aut sint infirmæ, dummodo sint morigeratæ, & sint in obsequium totius monasterii, seu omnium Monialium, & à monasterio non egrediantur, quamvis adesse consuetudo exeat pro libito suo; sic decrevisse Sacram Congregationem Cardinalium in una Abulensi referunt Barbosa cit. allegat. 102. n. 60. Tamburin. disp. 24. q. 16. num. 3. Qui insuper referunt, sic concessisse Paulum III. de anno 1536. & S. Pium V. 27. Sept. 1569. ad petitionem Commissarii Fratrum Minorum de Observantia in Curia Romana tunc existentis.

51 Extra tamen casum dictæ, & similis necessitatis non possunt introduci cum sola licentia Ordinarii, sicuti non possunt introduci pro servitio alicujus monialis particularis, aut alicujus puellæ educandæ cum sola licentia Ordinarii. Immo etiam Sedes Apostolica regulariter hanc licentiam denegat, ut in Neapolitana 12. Augusti 1588. & 12. Martii 1619. in Parmensi 22. Januarii 1601. in Parmenit. 27. Julii 1604. in Compostellana 5. Sept. 1605. & sæpe alibi, ut videre est in decretis allatis à Nicolio in Flosculis verb. Ancilla.

52 Puella, vel vidua, quæ temere ingreditur ad suscipiendum habitum, & Abbatissa recipiens, incidunt in censuras, hæcque debet graviter puniri, illa expelli, nec amplius admitti sine licentia speciali Sacri Cong. Episcopi neque pro educanda, neque ad probandum institutum Sacri Cong. Episc. 8. Octob. 1649. & 8. Nov. 1652. Si tamen ingressa fuit non ad malum finem, postquam exiit, absolvitur cum poenitentia salutari absque ulla poena pecuniaria; ead. S. C. E. 20. Nov. 1654.

53 Cogere puellas ad ingressum monasterii causa solius educationis, si coactio est illata puellis à non habentibus in illas potestatem dominativam, est peccatum mortale, quia est eis gravior injuriosa; Suarez tom. 3. de Relig. lib. 9. cap. 9. num. 4. & alii passim: si coactio sit illata à parentibus, vel tutoribus, & puellæ sint impuberes, nullum est peccatum, quia utuntur jure, quod habent in illa ætate; si autem sint puberes, talis coactio censetur peccaminosa; Diana part. 2. tract. 15. resol. 56. cum aliis ibi citatis; cum enim puellæ majoris ætatis, ut observat Suarez loc. cit. sint sui juris in omnibus his, quæ pertinent ad statum animæ suæ, non possunt licite, & sine peccato à parentibus cogi ad tam arctam, & rigidam custodiam, uti est monasterii clausura; dummodo tamen ad aliquod tempus ratione circumstantiarum, locorum, temporum, & personarum talis ingressus non censetur moraliter necessarius ad decentiam & custodiam ipsarum.

54 Cogentes coactione peccaminosa puellas puberes ad ingrediendum monasterium probabiliter incurunt excommunicationem latam à Tridentino sess. 25. de Regul. & Monial. cap. 18. etiamsi non intendant illas ingredi ad habitum Religionis sumendum, aut profectum; sed solum, ut ibi maneant cum habitu seculari solius educationis gratia, donec occurrat occasio nubendi; Barbosa de offic. & potest. Episc. alleg. 104. num. 5. cum pluribus aliis ibi citatis, Zerola. part. 2. prax. Ep. verb. Moniales num. 13. Billiuc. tract. 14. c. 6. n. 89. Diana part. 2. tract. 15. & 1. miscell. resol. 56. cum pluribus ibi citatis; Navarr. cons. 56. sub. tit. de sent. excommunic. in 1. editio. & cons. 6. sub. tit. de reg. in 2. editio. Suarez de censur. disp. 23. red. 5. numer. 9. Gavanti in manual. Episc. verb. Monialium educatio activa num. 1. Tambur. loc. cit. disp. 1. quest. 4. num. 4. & seq. & alii apud ipsum ibid. num. 1. & ratio est,

quia Concilium Tridentinum excommunicando cogentes feminas invitatas ad monasterium, tres prohibet coactiones, unam videlicet ad ingressum, alteram ad susceptionem habitus, & tertiam ad emissionem professionis, ibi: "Ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum, vel ad emittendam professionem" quæ coactiones, ut vides, sunt inter se distinctæ, prout declarat dictio illa vel, quæ dicitur alternative, & disjungit sensum, & verba: Bartol. in leg. Si iis, quæ ducenta num. 2. ff. de reb. dub. (verb. Alternativa) Nat. consil. 625. vol. 4. Paris cons. 91. num. 29. lib. 2. adeoque ad contrahendam predictam excommunicationem sufficit sola coactio ad ingressum, quia in alternativis sufficit alterum adimpleri; cap. in alternativis 70. de reg. juris in 6. Rota part. 1. recent. decr. 569. num. 2. Unde Diana part. 2. tract. 15. & 1. Miscell. resol. 856. dicit, quod optime, sanctæque Tridentinum loquutum est absolute, quia per ingressum datur quodammodo occasio, ut postea puella monasterium ingredi ob verecundiam femininarum, & Monialium suasionem suscipiat habitum involuntarie, ut de facto non sentiat accidit.

Id autem limitat Sanchez in Decal. lib. 4. c. 4. n. 2. Portell. in addit. ad dub. Regularia verb. Moniales n. 14. Fr. Emmanuel in Summa tom. 2. c. 8. n. 10. Hieronym. Roderic. in compend. q. 189. resol. 10. n. 79. & alii; quando talis coactio est in ordine ad suscipiendum postea Religionis habitum, & ibi professionem emittendam, sive suasionibus Monialium, sive alia ratione; nam cum tali tantum qualitate derogat libertati, quam Concilium intendit conservare in puellis ad religionem admittendis; secus vero, si ordinetur ad educationem in habitu seculari, donec occurrat occasio nubendi; quam opinionem Diana loc. c. Tambur. loc. cit. & alii vocant satis probabilem, & tutam in praxi, quamvis ipsi primam, ut probabiliorē sequantur.

Ordinationes, & declarationes Ordinarii directæ pro monasteriis servari debent, etiam in monasteriis subjectis Regularibus; Sacri Cong. Episc. & Reg. in Perinana 8. April. 1577. Secus si ordinationes tam pro monachandis, quam pro educandis factæ fuerint ab ipso Ordinario, quia eæ non ligant monasteria Regularibus subjecta, vel aliter exempta; ead. Sacri Cong. Episc. & Reg. in Verel. 8. Martii 1625. Nisi ea, quæ respiciunt clausuram, & ad illam accessum, vel ingressum; ead. Sacri Cong. Episc. & Reg. in Vicentina 11. April. 1625. apud Nicolium in Flosculis verb. Monasterium num. 8. Unde recte censent Céspedes cum aliis ab ipso 58 relatis de dubiis regul. cap. 33. dub. 337. Pellizar. cum aliis valde doctis à se consultis de monial. cap. 5. sect. 5. quest. 13. numer. 191. & alii, & puellas manentes in monasteriis exemptis non subjacere Episcopo, nisi in casibus, in quibus ipsi subduntur moniales exemptæ: quia locus exemptus, & extra diocesim æquiparantur; Glossa 59 in Clementina 1. de foro competent. & juxta hanc doctrinam sustinent predicti Doctores, & alii, non subjacere casibus reservatis ordinatio; quod desumitur etiam ex capitulo 1. de privileg. in 6. ubi delictum in loco exempto commissum supponitur extra jurisdictionem Ordinarii.

Si aliqua educanda ægrota cum periculo vitæ, & 60 testari velit, debet concedi licentia Notario cum testibus ingrediendi clausuram, prout declarasse Sacram Congregationem Card. de anno 1595. referunt Naldus in Summa verb. Moniales num. 14. Tambur. de jure Abbatissarum disp. 1. quest. 2. num. 16. Pellizar. de Monial. c. 5. q. 5. n. 103. & alii.

Ubi autem esset sepelienda educanda, si moreretur 61 in monasterio exempto, nulla electa sepultura, variant Doctores: Bordonus enim in miscell. decr. 128. Pellizar. de Monialibus cap. 10. sect. 5. sub. sect. 1. n. 233. §. Immo puto: Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 23. à num. 9. Samuel de sepulturis disp. 3. tract. 1. controrov. 16. num. 16. & 30. & alii, quibus adhærebam ante infra positam Sacri C. C. resolutionem, suscinent esse sepeliendam in monialium ecclesia: & ratio est, quia educandæ sunt partes ejusdem corporis monasterii, adeoque de eodem jure censendæ sunt: tum quia id colligitur ex Conc. Trident. sess. 24. cap. 11. ubi per-

personæ comensales actu Regularium, apud quos domicilium, & habitationem habent, gaudent eorum juribus, & privilegiis, penitusque eximuntur à jurisdictione Ordinariorum, ibi: "Exceptis tamen iis, qui prædictis locis, aut militiis actu inserviunt, & intra eorum septa, ac domos resident, subque eorum obedientia vivunt;" & cap. 11. sess. 25. de regularibus, & monialibus, ubi personas continue comensales, & de Familia in monasteriis Regularium excipit omnino à jurisdictione Episcoporum, ibi: "Præter eas, quæ sunt de illorum monasteriorum, seu locorum familia, personarum tam Regulares, quam Seculares;" & favet constitutio Clementis X. incip. Superna: & decretum Sacre Congreg. Concil. adduct. sub verb. Approbatio art. 1. num. 65. Vide ibi usque ad num. 68. Tam etiam quia jus sepulcræ ex administratione Sacramentorum acquiritur eidem ecclesie; unde supræcitati Doctores volunt, in tali casu deberi Confessario quartam Funeralem, quæ datur propter onus, quod sustinetur in administratione Sacramentorum ex officio: cap. Nos instituta. & cap. De his 4. de sepulturis cum similibus: Confessarius enim monialium, licet non vocetur Parochus, in re tamen est Parochus, cum ex officio curam habeat animarum æque ac si esset Parochus respectu secularium: Immo Bordonus loc. cit. ubi mordicus hanc tuetur opinionem, addit, quod si dictæ puellæ eligerent in aliena ecclesia sepulturam, funus esset ducendum à Confessario, & non à Parocho, quia ad illud spectat funus perficere, ad quem pertinet ejusdem funeris inchoatio: ad solum autem Confessarium spectat initium funeris, & cadaveris levatio ex monasterio, quia nemo præter ipsum ibi jus habet, cum locus sit omnino exemptus à jure parochiali.

62 Pignatellus autem tom. 7. cons. 67. per tot. acriter tenet, educandas decedentes in monasterio exempto tumulandas esse in ecclesia illius parochiæ, in qua ipsæ habent domicilium: quam opinionem sequitur Mattheucci Offic. Cur. c. 32. Officialis quoad Moniales num. 8. & seq. & probabilem censent Sanchez loc. cit. Pellizar. loc. cit. & alii; & ratio est, quia puellæ, quæ ad tempus causa educationis sunt hospites in monasterio, dicuntur peregrinantes, ut desumitur ex leg. 1. De his, qui dejecti sunt, ibi: "Tantum autem interest inter habitatorem, & hospitem, quantum interest inter domicilium habentem, & peregrinantem;" adeoque si tales puellæ sunt peregrinantes, non amittunt parochiam domicilii, neque acquiritur parochiam ratione educationis in monasterio, & consequenter si contingat eas mori in monasterio, non electa nec à se ipsis, nec à parentibus, si adhuc sint impuberes, sepultura, debent in propria ecclesia parochiali sepeliri, quatenus tamen non habeant proprium sepulchrum majorum, quia tunc debent inibi sepeliri, soluta quarta funeralium suæ ecclesie parochiali. Et si in nulla parochia habeant domicilium, neque sepulchrum majorum habent, nec alibi sepulchrum elegissent, dicunt, quod tunc essent sepeliendæ in ecclesia illius parochiæ, in qua situm est monasterium, & non in ecclesia monialium: Ad quod fact novissima resolutio Sacri Congreg. Concil. in Feretrana 11. April. 1742. ubi respondit, quod educandæ decedentes non sibi electa sepultura, sepeliendæ sint in parochia, sub qua est monasterium, si non habeant sepulchrum majorum: Et si eligerent sepulturam in monasterio, possunt ibi sepeliri, sed debent quartam funeralem Parocho: Vide verb. Matrimonium, art. 2. à num. 115. ad 121. & infra in hocce art. à num. 126. ad 129. Quod dicitur de educandis, id ipsum dicendum est servata proportione, de tumulatione mulierum secularium in monasteriis monialium legitima facultate commorantium, & inibi decedentium. Vide etiam verb. Sepultura à num. 31. ad 32.

64 Puella, ut legitime recipiatur ad habitum Religionis, requiritur consensus Superioris, & monialium per secreta suffragia, ut pluries decrevit Sacri Cong. Episcopi & Regul. & signanter in Amelien. 4. Jan. 1607. in Placentina 6. Februarii. & in Hieracen. 8. Maji 1615. Qui consensus monialium debet esse majoris partis. Ead. Sacri Congreg. in Assisien. 10. April. 1603. in Camer-

rian. 4. Jan. 1608. in Atrebaten. 30. Septemb. 1616. Puel- 66 la ad habitum Religionis recipienda, est ab Episcopo, vel ejus Deputato exploranda, an coacta, an sedita sit? An sciat quid agat? Et hujusmodi Concil. Trid. sess. 25. de Reg. & Monialibus cap. 17. Et hoc etiam in monasteriis Regularibus subjectis, ut sæpius declaravit Sacri Congreg. Concil. & signanter die 13. Novemb. 1627. & in Derionen. 16. Decemb. 1645. Nec potest in dictis exemptis monasteriis ad habitum admitti sine prævia licentia Episcopi, in scriptis, ut declaravit Sacri Cong. super Episcopi & Reg. per hæc verba: "Al Vescovo di Brescia. Altre volte dalla S. Congregatione è stato risoluto, che ne' monasteri di Monache anche essenti, & soggetti al governo de' Regulari, non posino introdursi Zitelle Monacande senza che vi preceda l' accettazione delle suore capitolarmente, & per voti segreti per un luogo svacante dentro il numero prefisso, & è la licenza in scriptis dell' Ordinario. Ora sentendosi dalla lettera di V. S. che ne' monasteri soggetti agli Abbati Cassinesi essi pretendano da Superiori di essi di potere fare altrettanto, è di non aver bisogno del suo consenso: questi Eminentissimi miei signori inerendo alli risolutioni suddette, mi hanno comandato di scriverle, che nella non solo non lo permetta, ma in caso di contravvenzione proceda contro i trasgressori alle pene canoniche, ved alla censura di violata clausura. Glielo significo, ved Iddio la prosperi. Di Roma al primo di Lug. del 1650. Sic refert, & tenet Pignatell. tom. 4. cons. 171. n. 5. Cajetanus, & Alexandris in confessorio Monialium c. 2. §. 1. quest. 13. & tradit Monacell. tom. 2. tit. 13. informula 5. vers. Prohibiamo, ibi: "Ed alle Superiori, è Superiori, è Monache de' monasteri soggetti ai Regulari non in altra maniera essenti, di ammettere, ed accettar le come sopra, se prima non sarà stata da Noi esplorata la loro volontà, & ottenuta la nostra licenza in scritto, sotto pena, &c." Et ratio est, quia id pertinet ad clausuram monialium, cuius conservatio Episcopi demandatur per S. Concil. Trid. sess. 25. de Regularibus cap. 5. & per constitutionem Gregorii XV. incipit Inscrutabili: Unde potest Episcopus sub censuris præcipere Monialibus etiam exemptis, & eorum Superioribus, ne recipiant puellas ad habitum, nec ad professionem, nisi prius sit ipse certioratus. Sacri Cong. Conc. in Limana 29. Novemb. 1626. in Burgen. 4. Decemb. 1627. & in dict. Derionen. 16. Decemb. 1645. Vide ad rem resolutionem Sac. Cong. Conc. in Papiensi allatam in tit. 8. in appendice ad decr. sub num. 257. ad 1. dub. Hanc tamen voluntatis puellæ explorationem non debet Episcopus, postquam fuit certioratus, differre ultra 15. dies, alias superius exempti ipsis 15. diebus elapsis, possunt eo inconsulto ad receptionem, & admissionem procedere juxta S. Pii V. const. 41. incip. Et si mendicantium §. 6. ubi sic habet. "Volumus etiam, quod puellarum Deo dicandarum, an scilicet coactæ, vel seditæ fuerint? examen faciendum; non nisi infra 15. dies, postquam juxta Concilium Tridentinum Episcopi, vel eorum Vicarii requisiti fuerint, fieri possit; quibus elapsis, amplius in hoc se illis intromittere non liceat, cujus occasione nec Episcopus, nec ejus Vicarius intra septa monasterii ingrediatur, sed stent ante cratem ferream, & interrogationes alias, quàm eas, quæ præfatam Concilium Tridentinum jubet eis fieri; omnino prohibemus. Ac similiter volumus, quod puellæ, seu novitiæ ipse ad alias interrogationes respondere minime stentent." Et sic tenet, & refert etiam Barbosa ad Concil. Tridentin. sess. 25. de Regularibus, & Monialibus cap. 17. Monacell. part. 2. tit. 13. form. 5. n. 12. & alii passim. Defectus explorationis voluntatis non irritat receptionem, & admissionem; Sacri Congreg. Concil. teste Fagn. & Palucc. citand. infra num. 95.

Puella ad habitum recipienda debet prius per decem dies continuos spiritualibus exercitiis operum dare, prout jussit Innocent. XI. litteris encyclicis, S. C. 9. Oct. 1600. Puellæ quamvis ad habitum recipi possent olim post annum 12. ex cap. 1. & 2. caus. 21. quest. 2. capit. Ad nostram 8. & cap. Significatum 11. Regul. Clement.

ment. *Eos, eod. tit. & ex Tridentino sess. 25. de Regularibus cap. 17.* Tamen hodie non possunt admitti ad habitum Religionis; nisi habeant 15. annos completos, ut expresse decrevit Sac. Congr. Episc. & Regul. 23. Maji 1659. quod decretum referunt per extensum Nicol. lucubrat. canon. l. 3. tit. 31. de Reg. num. 34. vers. Unde & Passeria. de statu hom. tit. 3. quest. 189. num. 17. & se vidisse originaliter in libris Secretariæ testatur Monacell. part. 1. tit. 11. form. 7. num. 3. ubi num. 5. subdit, quod post publicationem dicti decreti praxis universalis obtinuit recurrenti ad Sedem Apostolicam, quoties aliqua puella ferventi devotionis spiritu ducta cupit Religiosum habitum suscipere ante dictam ætatem completam 15. annorum; & Papa, cui preces diriguntur, vel ipse dispensat, vel remittit ad arbitrium ipsius Sac. Congreg. quæ juxta meritum postulanti, & presertim nobilium gratiam concedit pro octo vel decem mensibus; vel si immediate preces sint directæ Sacre Congregationi, solet rescribere, *Pro gratia, si Sanctissimum placuerit*, prout ita rescripsit pro nobili puella *Mantica Amerina* sub die 18. Nov. 1695. ac in reformatione Constitutionum Monialium Cotignole Faventin. Diacensis 8. Octobris 1669. servari mandavit: Unde concludit caute legendos esse Doctores, qui dispositionem Juris sequentes scripserunt, posse puellas habitum Religionis suscipere ante ætatem quindecim annorum.

73 Antequam puella habitu Religioso induatur, debet esse Confirmationis Sacramento munita: Conc. Mediolan. Provinc. III. Gavanti. de Jure Abbatiss. verb. Monialium receptio num. 36. Tambur. de Jure Abbatiss. disp. 4. quest. 4. num. 1. testans sic decrevisse Sacram Congregationem. Debet ei imponi nomen Sanctæ, non Gentilis femine: Gavanti. loc. cit. num. 3. ex Concil. Mediolan. I. Tambur. loc. cit. num. 3. Debet imponi, ut vocetur titulo *rororis*, & non *Domna*, seu vulgo *Suora*, & non *Domna*: Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Tolerana 9. Jan. 1595. apud Barbosam in Summa Apert. dec. verb. Monialis num. 10. & lib. 1. Jur. eccles. univers. cap. 44. num. 65. & apud Tambur. loc. cit. n. 3.

76 Novitiæ omnes debent degere sub cura, & regimine Magistræ in habitatione particulari, in qua præter Magistram cum socia nulla professæ degat; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Comment. 10. Martii 1593.

77 Unde Episcopus præcipere potest Monialibus etiam exemptis, etiam Regularibus subjectis, ut habeant locum separatam, & commodum pro novitiis, & puellis educandis, & potest prohibere ne illas extra dictum locum teneant ex quovis pretextu, etiam licentiæ Superiorum. Insuper decernere, & declarare potest, quod Abbatissæ, & Priorissæ, quæ tempore sui officii in hoc defecerunt, ad illud officium in futurum amplius eligi non possint. Et etiam quod Moniales particulares cujuscumque monasterii, quæ recipiunt novitiis, vel puellas educandas in suis cellis, sint ipso jure voce activa & passiva privatæ; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Patavina 21. Jun. 1605. Hinc prohibetur puellas ad habitum suscipi in illis monasteriis, quæ non habent locum distinctum, & separatam pro novitiis: Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Florentin. 12. Januar. 1629.

79 In habitu seculari fieri non potest novitiatus; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Senogaliens. 17. April. 1602. Tempus sive annus probationis debet esse continuus, & incipit à die assumptionis habitus, non acceptationis Monialium; Sac. Congr. Episcop. in Parmen. 23. Maji 1608. Alimenta pro anno novitiatus debentur etiam à numerariis; Ead. Sac. Congr. Episcop. in Laud. 1. Febr. 1585. Nisi Sac. Congr. det licentiam investiendi dotem pro novitiâ, quæ illam solvere nequit. Ead. Sac. Congr. in Laud. 9. Novembr. 1645.

Ordinarius nullo pacto compellere potest Moniales ad acceptandas puellas, neque ad habitum, neque ad professionem, licet habeant licentiam Sedis Apostolicæ; Sacra Congr. Episcop. in Astisien. 20. Maji 1601. in Capuana 7. Novemb. ejusdem anni, in Marsicana 26. Martii 1602. in Firmana 17. April. & in Mutinen. 4.

Septembris ejusdem anni. Acceptatio enim puellarum ad habitum Religionis pertinet libere ad Moniales, & Episcopus præter voluntatis explorationem, nihil aliud facere potest, ut respondit Sac. Congr. Episcop. in Placent. 6. Febr. & in Hirvac. 8. Maji 1615.

Novitiâ infirma morbo contumaci remittitur curanda domum; Sac. Congr. Episcop. in Neapolitana 14. Decembr. 1593. & 4. August. 1597. Eo pacto, ut reversa reincipiat novitiatum à capite; Eadem Sac. Congr. in una Venetiarum 14. Decembr. 1605. in Tranen. 15. Septembr. 1634. 15. Februar. 1645. & 21. April. 1746. Sed si novitiatus annum expleverat, posteaque ex causa supradicta de consensu Monialium, & Superioris exiit, potest cum rediit, admitti sine novitiatu; Sac. Congr. Episcop. in Neapolit. 8. Novembr. 1619. Novitiâ, quæ exiit ab uno Monasterio ad profectum in alio, debet incipere novitiatum à capite; Sac. Congr. Episcop. in Ravenan. 10. Junii 1603. & in Messanen. 27. Octobris ejusdem anni.

Novitiâ debet per annum cum habitu Regulari in probatione permanere, in decreto Concilii Tridentini sess. 25. de Regul. & Monial. cap. 15. Aliâs professio erit irrita, ut ex eodem Concilio loc. cit. docent communiter Doctores cum Barbossa ad idem Concilium Tridentinum d. sess. 25. cap. 15. num. 15. Tambur. de Jure Abbatiss. disp. 4. num. 8. Et annus probationis debet esse completus de momento in momentum, aliâs professio esset nulla, ut colligitur clare ex Tridentino sess. 25. de Regular. & Monialib. cap. 15. nullam declarant professionem illius, qui minori tempore quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, quod indicat annum probationis debere esse integrum, & completum de momento in momentum, ut expresse declaravit Sac. Congr. Concilii 1. Februar. 1631. & jam sub die 21. Jan. 1617. declaraverat, professionem emissam à Regulari non completo anni circulo etiam per duas horas tantum non valere. Vide verb. Annus probationis à num. 25.

Novitiâ non potest professionem emittere ante annum 16. completum, aliâs professio ante facta est nulla; Sic expresse Conc. Trid. sess. 25. de Regul. & Monial. c. 15. ibi: "Quacumque Religione tam virorum, quam mulierum, professio non fiat ante decimum sextum annum expletum. . . Professio autem antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad aliquid Regulæ, vel Religionis, vel Ordinis observationem, aut alios quoscumque effectus." Anni sexdecim ad professionem requisiti debent esse completi de momento ad momentum; unde si professio fiat per aliquot tantum horas ante completum annum decimum sextum ætatis, est nulla sicuti supra sub num. 88. dictum est esse nullam, si fiat per aliquot horas ante completum novitiatus annum, ex Concil. Trid. cit. sess. 25. cap. 15. & ex declaratione Sacre Congregationis ejusdem Concilii, & tenent communiter Doctores, cum Panimol. dec. 28. n. 7. Matthæucci Offic. Cur. cap. 32. num. 2. Fagn. lib. 3. decret. in cap. Ad nostram. 9. de regul. num. 9. 23. 24. & seq. usque in finem. Etas autem incipit à die Nativitatis, & non à die Baptismi. Sac. Congr. Conc. in Chiron. 4. Decemb. 1627.

Novitiâ ante professionem debet explorari, quoad ejus voluntatem ab Episcopo, seu ejus deputato; Conc. Trident. sess. 25. de Regul. & Monial. cap. 17. Et hoc etiam in monasteriis Regularibus subjectis, ut scripsit declaravit Sac. Congr. Concilii, & signanter die 13. Novembr. 1627. & in Decret. 16. Dec. 1645. Episcopus postquam fuit monitus, non debet differre explorationes voluntatis novitiæ ultra quindecim dies, aliâs Superiores exempti, ipsi 15. diebus elapsis, possunt procedere ad admissionem professionis, ut cit. constit. S. Pii V. incip. Etsi mendicantium: adduço supra num. 69. tenent Monacell. part. 3. tit. 13. form. 5. num. 12. & aliis passim. Defectus hujus explorationis non annullat professionem, Barbossa de offic. & potest. Episcoporum. part. 3. allegat. 100. num. 11. Tamburini de Jure Abbatiss. disp. 4. quest. 2. num. 11. Donat. de regul. tom. 4. tract. 9. quest. 8. num. 8. Nicol. lucubrat. can. lib. 3. tit. 1.

de vita, & honest. Cler. num. 22. vers. Si vero: Monacell. loc. cit. num. 12. in fine, Fagn. lib. 1. decret. in cap. Cum accessisset 8. de constitutionibus num. 31. & lib. 5. cap. Qui Presbyterum 2. de Penit. & remis. n. 84. testans sic declarasse Sacram Congregationem Concilii, Pignatell. tom. 6. consulti. 85. n. 211. testans sic declaratum fuisse in una Venetiarum 21. Sept. 1593. & 22. Novemb. 1593.

Novitiæ in articulo mortis constitutæ, etiam anno novitiatus non completo, possunt professionem emittere, dummodo sint in legitima ætate; Sic expresse concessit S. Pius V. Novitiis Monialibus S. P. Dominici constit. incip. Summi Sacerdotis curam: quæ concessione gaudent per communicationem Novitiæ, & Novitiæ aliarum Religionum. Si tamen hujusmodi Novitiæ convaluerint, debent iterum profiteri. Sic censuit Sac. Congr. Conc. in una Ordinii S. Patris Francisci Minor. Observ. die 20. Martii 1649. ad cap. 15. sess. 25. de Regular. apud Pignatell. tom. 1. consulti. 356.

Talis autem professio emissa à Novitiâ in articulo mortis non novitiatus nondum completo, non suffragatur, nisi quoad acquisitionem Indulgentiarum favore profectis, non autem quoad acquisitionem dotis favore monasterii, cum ipsa debeat restitui ejus consanguineis hæredibus, ut declaravit Sac. Congr. Conc. in una montis Regalis 13. Nov. 1627. in Carpentoraten. 14. Jun. 1641. & in Neapol. 14. Martii 1705. & tenent Donat. praxi rer. Regul. tom. 4. tract. 10. quest. 21. per tot. Pignatell. tom. 1. consulti. 356. Monacell. part. 1. tit. 11. form. 7. n. 13. & part. 2. tit. 13. form. 5. n. 13. & Fagn. lib. 3. decret. in cap. Sicut nobis 17. de Regul. n. 30. & alii. Si autem talis professio in articulo mortis sit emissa in manibus Abbatissæ anno probationis integre completo, tunc dos acquiritur monasterio, licet professio emissa fuerit incio Ordinario, quia tunc nihil deficit ad substantiam veræ professionis. Donat. d. tom. 4. tract. 10. quest. 23. Pelizar de Monial. cap. 9. num. 18. Monacell. locis citatis, & alii. Riccius vero praxi rer. quotid. for. eccles. part. 2. resol. 493. secundum Venet. impressionem 1674. n. 6. citatus, & secutus Monacell. part. 2. tit. 13. form. 5. num. 14. tenet, quod professio emissa etiam post annum probationis à puella phisica, seu hæctica non prosit monasterio quoad acquisitionem bonorum, & ad longum probat, ut videri potest apud ipsum, & Monacell. loc. cit.

Quamvis professio monialium in manu Ordinarii principaliter, non autem Abbatissæ fieri debeat ex decreto Sac. Congr. Episc. in Lingonien. 2. Februar. 1625. Tamen si fiat in manu Superiorissæ de consensu majoris partis Capituli, est valida, cum Superiorissa de se sola cum dicto consensu majoris partis monialium illam possit recipere, nisi obstant peculiare constitutiones Religionis: de jure enim monialium receptio non spectat ad Ordinarium, sed ad Abbatissam, & monasterium, ut cap. Si ad solum 6. de Regular. in 6. & ibi notant Jo. Monachus & Archidiaconus, & tenent Lupus alleg. 33. incip. Prima conclusio: Fagn. in cap. Porrectum 13. de Regular. n. 30. cum aliis ibi citatis, Navarr. cons. 8. n. 12. de const. Monacell. part. 1. tit. 11. form. 7. n. 14. Sanchez lib. 5. moral. cap. 4. num. 76. Pelizar. de Monialib. cap. 3. n. 7. & alii plures cum Tamburin. loc. cit. disp. 6. quest. 5. n. 1. arg. cap. Consultat 4. Qui Clerici, vel voventes, ubi dicitur, fecimam quandam, quæ dimisso habitu Regulari, nupserrat, valide nupsisse, eo quod professio non fuerat in manu alicujus Episcopi vel Abbatissæ, vel Abbatissæ, quod clare supponit Abbatissam posse valide ad professionem moniales admittere, ut notant ibi Doctores; unde cum Abbatissa monasterii, & Prelatus illius quoad acceptandam professionem monialis Novitiæ se habeant cumulative, adeoque inter illos dari possit veluti præventio, servanda est in hoc consuetudo uniuscujusque Ordinis Provincia, aut loci quæ varia est.

Nec valet dicere cum Miranda in Manual. Pralat. tom. 2. quest. 28. art. 1. & aliis, Abbatissas non posse professionem Novitiarum recipere sine storum Prelatorum licentiâ, quia ut recte notat Fagnan in cit. cap.

Porrectum num. 31. id non probatur Jure, & in monasteriis subjectis Ordini Fratrum Minorum S. Francisci id specialiter cautum est à Nicolao V. ut referunt in Compend. privileg. in verb. Abbatissa §. 8. & ideo notanter fuit dictum in conclusione: Nisi obtinent peculiare constitutiones Religionis.

Episcopo, vel alio Prelato seu Superiore jubente recipi Novitiâ ad professionem, contradicente majori parte monialium, non debet admitti: Non enim Superior potest ad id moniales compellere, ut pluries decrevit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regular. ut patet ex decretis citatis supra num. 8. Et si Ordinarius ad id eas compelleret, possent ad Superiorem appellare; Fagn. in cit. cap. Porrectum num. 30. Tambur. de Jur. Abbatiss. disp. 6. quest. num. 3. Archidiacon. Bellarm. Turrecrem. ibi citat. & alii passim per text. in cap. 1. de his, quæ fiunt à majori part. cap. Et si Superior de se cum minori parte, reclamante majori parte monialium, Novitiâ ad professionem admitteret, professio esset nulla; Sac. Congr. Episcop. in Colon. 26. Sept. 1653. Lupus alleg. 33. incip. Prima conclusio: Fagn. in cit. cap. Porrectum num. 30. Matthæucci. Official. Cur. cap. 41. num. 19. & 20. & alii passim per text. in cap. Novit. 4. cap. Quanto 5. cap. Ea noscitur 6. de his, quæ fiunt à Prelatis sine consensu. Capitul.

Moniales nullo modo per juramentum, vel censuras cogendæ sunt ab Ordinario ad exprimentandam causam cum aliquam Novitiâ ad professionem rejiciant; sed si secreto interrogata idoneam repulsionis causam non afferant, & in contumacia perseverent, Ordinarius debet facere certiore Sacram Congreg. ut de opportuno remedio confestim provideri possit; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Pampilonens. 5. Novemb. 1605. Quæ solet jubere iterum convocari Capitulum, dummodo tunc Monialibus pro extorquendis votis vis non inferatur: Ead. Sac. Congr. Episcop. in Astisien. 19. Januar. 1601. & in Januen. 6. Martii 1693. Et si necesse sit, solet jubere, ut Ordinarius secreto, & ex improviso se conferat ad monasterium, ubi procurat suffragia per moniales libere dari; Ead. Sac. Congr. Episcop. in Pistorien. 30. Jun. 1620. Rejicere autem à professione Novitiâ non possunt moniales sine justa causa: Eadem Sacra Congr. Episcop. 2. Octobr. 1648. aliâs graviter peccant, ut tradunt Communiter Doctores.

Abbatissa, seu Superflossa in monasteriis non exemptis tenetur ante mensem certiore facere Episcopum professionis à Novitiâ emittendæ, aliâs potest suspendi arbitrio ipsius Episcopi; Conc. Trident. sess. 25. de Regul. & Monial. cap. 17. ibi: "Ne professionis tempus Episcopus ignoret, tenetur Præfecta monasterii eum ante mensem certiore facere, aliâs quandiu Episcopo videbitur; ea ab officio suspensa sit." In monasteriis vero exemptis tenetur ipsum certiore facere solum ante 15. dies, quibus elapsis, nequit Episcopus amplius se ingerere, & Superiores exempti possunt sine alio ad admissionem professionis procedere; S. Pius V. const. incip. Etsi mendicantium: Vide supra num. 69. & 94.

Secunda soror in loco numerario admitti potest sine licentiâ Sacre Congregationis, præterquam in civitate Florentiæ, ubi prohibetur per Breve Clementis VIII. Sac. Congr. Episcop. in Forolivien. 26. Novemb. 1603. in Inolen. 10. Novemb. 1620. Tertia tamen soror recipi non potest in eodem monasterio, licet Regularibus subiecto, sine licentiâ Sacre Congreg. Eadem Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Areina 4. Novemb. 1596. in Mutinen. 11. April. 1600. Tertia soror vocem activam, & passivam non habet, nisi post mortem alterius ex primis; Ead. Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Neapolitana 22. Junii 1646. & saepe alibi. Potest tamen tertia soror habere alia officia, quæ dantur extra Capitulum sine suffragiis monialium; Ead. Sac. Congr. in Mutinen. 11. April. 1600. Tertia & quarta soror habent præcedentiâ die professionis, sicuti aliæ; Ead. Sac. Congr. in Mutinen. 12. April. 1600. Sæpius tertiis sororibus solent voces concedi ex gratia, maxime ubi